240 Eburaci rep. a. 1770 *in digging a cellar in the Friars gardens* in fundamentis aedificii alicuius Romani. Servabatur a. 1785 apud Franciscum *Smith of New building,* nunc est in museo. Est lapis longus p. 3, altus p. 2 dig. $1^1/_2$, anaglyphis ornatus. Litterae sunt saeculi secundi exeuntis. Londinii *Jahrb. für Philol.* errore.

	DEO · SANCTO	
caducei duo	SERAPI	*caducei duo*
	TEMPLVM · ASO	
pelta lunata	LO·FECIT	*pelta lunata*
	CL · HIERONY	
astrum	MIANVS · LEG	*astrum*
	LEG·VI·VIC	

Contuli. *Gent. mag.* 40, 1770 p. 391; S. Pegge Archaeologia 3, 1786 p. 151 tab. 10 (inde Goughs Camden 3 p. 303; Seebode et Jahn *neue Jahrb. für Philol.* 1833 p. 108; Cardinali *diplomi* p. 303, 589; Newton p. 111, 50; Henzen 5836); Wellbeloved p. 75 tab. 9 fig. 2 (Wright *the Celt* p. 272); Sheahan et Whellan 1 p. 295; catalog. p. 30, 10.

7 VICT Pegge.

241 Eburaci rep. a. 1854 *in King's square near the house which stands at the corner of the square and Goodram gate, and within a few yards of the line of the Roman wall,* ubi porta praetoria fuisse creditur. Servatur in museo; basis longa p. 3 dig. 9, alta p. 3 dig. 4, litteris optimis, altis dig. 6 ad $3^1/_4$.

i|MP · CAESAR| *divi*
n|ERVAE · FIL · N|*erva tra*
ia|NVS · AVG · GER|*m. dac.*
p|ONTIFEX · MAXIMV|*s tribun.*
po|TESTATIS·XII·IMP·V|*i cos. v p. p.* p. C. 108/9
PER · LEG · VIIII·HI|*sp*

Contuli. Wellbeloved *proceed. of the Yorkshire philos. soc.* 1, 1855 p. 282 ss. tab. 8 (inde ego *rhein. Mus.* 14, 1859 p. 349); Sheahan et Whellan 1 p. 308; Kenrick *selection of papers* p. 182 ss.; catalog. p. 32, 14.

Cum homo quidam, cuius nomen periit, in titulo urbano apud Orell. 3186 (priorem enim eius tituli partem, quae ad M. Pontium Laelianum pertinet, ab illa seiungendam esse Borghesius vidit; cf. Henzen 3 p. 510) fuerit *IIII vir viar(um) curandar(um), trib(unus) mil(itum) leg(ionis) VI vic(tricis), cum qua ex Germ(ania) in Britan(niam) transiit, quaestor prov(inciae) Narb(onensis), divi Hadriani ab act(is) senat(us), trib(unus) pleb(i) candidatus imp(eratoris), praetor* cet., inde discimus legionem IX, quae a. 109 Eburaci tendebat, regno Hadriani fere exeunte cessisse locumque eius tum obtinuisse VI victricem ex Germania in Britanniam translatam. Cum legionem nonam constet non esse in aliam provinciam abductam, non sine probabilitate Borghesius (opp. 4 p. 115) usus testimoniis Spartiani (v. Hadriani c. 5 *Britanni teneri sub Romana dicione non poterant*) et Frontonis (de bello Parthico p. 107 Nieb., p. 200 Mai., p. 217 Nab. *quid? avo vestro Hadriano imperium obtinente quantum militum a Iudaeis, quantum a Britannis caesum?*) in Britannia tum eam extinctam esse coniecit per Brigantes.

242 A. 1842 ex muris Romanis Eburacensibus, ad turrim quam multangulam vocant, prodierunt lapides oblongi decem litteris inscripti difficilibus lectu; erant *rude scratches by the soldiers of the sixth legion* (WELLBEL.). Lapides illi perierunt, ut mihi affirmavit KENRICK; quod dolendum est.

1 LEG VICT

2 LEG VIC

3 VPNM VICTRIV...

4) NTONRFM
N CXX

5) NTONRPKKR

6 VNO ... MNVI
////// ι ΛΛ\ VIC

7)(IICII/IL((

8 ^ Z 9 X X X

9 A

10 (⊠

Wellbeloved p. 59 tab. 7 qui solus servavit. Praeter nomen legionis (n. 1. 2. 3? 6. 7) agnoscuntur nomina centurionum (*Antonii Rufini*? n. 4. 5); ut appareat hic quoque centurias, quae opus muri absolvendum susceperant, nomina singulis operis partibus inscripsisse.

243 Cippus altus p. 6 dig. 2, latus p. 2 dig. 2, rep. (ante a. 1699) Eburaci *in Trinity yard in Micklegate;* servabatur deinde in *Ribston* prope *Wetherby* in horto Henr. Goodrick (THOR., WELLBEL.), nunc est in museo. Litterae videntur esse saeculi primi.

signifer stans, paenulatus, sine galea; torquem in collo habet, dextra signum tenet in manum apertam terminans, phaleris (vel patellis) sex ornatum, sinistra tabellas ansatas

L · DVCCIVS
sic L · VOΓE · RVFI
NVS · VIEN
SIGNF · LEG · VIIII
AN · XXIIX
H · S · E

Contuli et ectypum sumpsi. Fabretti (1699) p. 340, 515 et 619, 164 ex schedis Barberinis nescio quibus (inde Orell. 2704); R. Thoresby *philos. transact.* 25, 1706 p. 2194 ligno incisam (Th. Gale itin. Anton. p. 23; Mur. 811, 5 et 2031, 7 'ex auctore libri de religione Gallorum'); Horsley p. 308 *Yorksh.* 8; Drake p. 56 tab. 8 fig. 8 (inde Goughs Camden 3 p. 303 tab. 16 fig. 4); Newton p. 112, 53; Wellbeloved p. 113 tab. 13; Sheahan et Whellan 1 p. 294; catalog. p. 34, 22.

2 post L aperte excidit F errore quadratarii; VOΓE Horsl., ut F omissa addita sit loco non suo collato titulo n. 319. Sed erravit, nam F illius nihil in lapide est. 3 .NVS Horsl., item lineam fortuitam non recte aestimans.

Quem signifer manu sinistra tenet Horsleio quasillus esse visus est vel modius, aliis vexillum (inepte); codicem vel tabellas ansatas esse similes a milite classiario C. I. L. 3, 556*a* gestis docui *archäol. Zeitung* 26, 1868 p. 41. 90 cf. tab. 5.

L. Duccius L. [f(ilius)] Volt(inia) Rufinus Vienn(a), signif(er) leg(ionis) VIIII, an(norum) XXIIX, h(ic) s(itus) e(st)

244 Fragmentum basis litteris pulchris; rep. initio huius saeculi *at the Mount near York.* In museo (n. 48).

c. titi|O · C · FIL ·
claud. n|OVARIA ·
mil. leg. i|X · HISP · HERE
des et lib|· PATRONO
bene mere|NTI·FECERVNT

Descripsi et supplevi. Sheahan et Whellan 1 p. 303; catalog. p. 39, 48.

2 O·VARIA Sheahan. Novaria Claudiae tribui adscripta erat (Grotefend *die röm. Tribus* p. 66).